

www.e-rara.ch

**Omnium operum divi Eusebii Hieronymi Stridonensis Tomus
primus[-nonus]**

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Apud inclytam Basileam, [1516]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-150989>

[In epistolam ad Philomenem]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Ea Zenam legis doctorem & Apollo sollicitè præmitte ut nihil illis desit. Iste est Apollo de q̄ & ad Corinthios scribit: Vnusquisq̄ uestrum dicit: Ego sum Pauli: ego autē apollo: ego uero cepha. Fuit autē uir Alexandrinus ex iudæis, ualde eloquens & p̄fectus in lege: episcopus Corinthiorū: quē p̄pter dissensiones quæ in Corintho erāt, ad uicinam insulā Cretā cū Zena legis doctore reputandū est transfretasse: & Pauli epistola dissentionibus quæ corinthi ortæ fuerant temperatis, rursum Corinthum reuertisse. Zenam uero legis doctorem, de alio scripturæ loco quis fuerit, nō possum⁹ dicerem: nisi hoc tantū, qd̄ & ipse apostolicus uir, id operis qd̄ Apollo exercebat habuerit, christi ecclesias extruendi. Præcepit itaq̄ Tito, ut qm̄ de Creta ad Græciā nauigaturi erant: nō eos faciat sitarcis indigere, sed habere ea quæ ad uaticum necessaria sunt.

b Discat autē & nostri bonis opibus præesse in necessarijs uisibus: ut nō infructuosi sint. Supra dixerat, Zenā legis doctorem & Apollo sollicitè præmitte, ut nihil illis desit: Quia ergo poterat suboriri occulta rñsio: ut nō tñ Titus q̄ q̄cūq̄ epistolæ lector hoc diceret: & unde Tito, ut uaticū nō habētibus largiret: Soluit hāc quæstionē, & quāsi nihil sibi opponat elidit, dicēdo: Discat autē & nostri bonis operibus præesse in necessarijs uisibus: ut non infructuosi sint. Nostros, suos uocat qui in christo crediderāt: qui quia christi erāt, recte & Pauli & Titi appellari merebant. Habes inquit in discipulos potestātē: doce eos non esse infructuosos: sed euāgelistis & apostolicis uiris qui bonis operibus seruiunt ministrare: & ministrare non in quibuscūq̄ causis, sed in necessarijs uisibus: Habētes qp̄pe uictū & uestimentū, his cōtenti sumus: Et qui altario seruiūt, de altario uiuant: & qui participes spiritualiū nostrorū facti sunt, debēt nobis sua participare carnalia. Et ne forsitan uel epistolā Pauli uel præceptū Titi facile cōtemneret: infructuosos uocat, q̄cūq̄ euāgelistis nō ministrauerint. Dicit & Salomon in Prouerbis: Fruct⁹ uero elemosyna. Et ipse Paulus primū spūs fructū charitatē uocat. Charitas autē in cōicatiōe & in ministerio uel maxime cōprobat. Ut nō inquit infructuosi sint. Omnis em̄ arbor

1. Cor. 1. b

1. Timo. 6. b

Prouer. 3. Gal. 5. b Matth. 3. c

quæ nō facit fructū bonū, excidet & in ignē mittet. Hoc autē dico: quia q̄ parce seminat, parce & metet. Apostolicis uiris & euāgelicatoribus christi in necessarijs uisibus nō le tribuere: sterilitatis seipsum est condēnare. **c** Saluta te qui mecū sunt omnes. Vel solita consuetudine usus

a Zenam legis doctore & Apollo, sollicitè præmitte, ut nihil illis desit. Discant autē & nostri bonis opibus præesse in necessarijs uisibus: ut nō infructuosi sint. Saluta te qui mecū sunt omnes. Saluta eos qui nos amāt in fide. Gratia dñi nostri cum omnibus uobis.

est, ut Titum ab omnibus qui secū erant diceret saluari: uel certe proprie in Titū, qd̄ talis esset, ut amorem eorū qui cum Paulo erāt omniū mereret. Magna uero laus Titi, per Paulū ab omnibus saluari. **d** Saluta eos qui nos amāt

in fide. Si omnis qui amat, amaret in fide, & nō essent alij qui absq̄ fide diligeret: nunq̄ Paulus ad amorē fidē ap̄posuisset, dicens: Saluta eos qui nos amāt in fide. Amāt quippe & matres filios, ita ut mortē pro eis oppetere sint paratæ: sed nō amant in fide: & uxores maritos quibus frequentissime cōmoriunt, sed amor ille nō fidei est. Sola factōrū dilectio in fide diligit, intātū ut etiā si ille q̄ diligit infidelis sit: tñ sanct⁹ in fide eū diligit: scdm̄ illud: Omnia uestra in fide fiāt. Et alibi: Diligite inimicos uestros. Diligit sanct⁹ inimicos suos: & ideo in fide diligit: q̄a credit in eū qui pollicitus est se p̄ expletionē mādātū retributurū esse mercedem. **e** Gratia dñi nostri cū omnibus uobis. Sciendum quod in græcis codicibus ita scriptum est: Gratia cum omnibus uobis: ut nec domini nec nostri in libris feratur autenticis. In cōmune itaq̄ sanctis atq̄ creditibus, Tito & ceteris qui cum eo erāt, imprecatur gratia. Et quomodo Isaac patriarcha benedixit filium suum Iacob: & ipse duodecim patriarchas: apostoli q̄q̄ ingredientes domum dicebant: Pax huic domui: Et si digna erat domus, requiescebat pax eorum super eam: si uero exhibebat se indignam, reuertebatur ad eos qui eam fuerant imprecati: Ita & nunc in fine epistolæ suæ Apostolus gratiam credentibus imprecatur: quæ cum uoto habebat effectum, & erat in potestate credētium, si talem se benedictus, qualem benedicens præbere uoluisset.

Lu. 6. d

H Matth. 10. b

Commentariorū in epistolam ad Titum finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN EPISTOLAM AD PHILEMONEM AD PAVLAM ET EVSTOCHIVM PROEMIVM.



Vi nolunt inter epistolas Pauli eam recipere quæ ad Philemonē scribitur: aiūt nō semper apostolum, nec omnia Christo in se loquente dixisse: quia nec humana imbecillitas unum tenorem sancti spiritus ferre potuisset: nec huius corpusculi necessitates sub præsentia domini semp̄ complerent: uelut disponere prandium, cibū capere, esurire, saturari, ingesta digerere, exhausta cōplere: taceo de ceteris quæ exquisitè & coacte replicant: ut affirmant fuisse aliquod tempus in quo Paulus dicere non auderet: Viuo iam non ego, uiuit uero in me christus. Et illud: An experimentū quæritis eius qui in me loquit⁹ christus? Quale inquit experimentū christi est audire: Penulā quā reliqui Troade, apud Carpū ueniēs tecū affer: Et illud ad Galatas: Utinā & excidantur qui uos conturbant. Et in hac ipsa epistola: Simul autē & præpara mihi hospiciū: Hoc autē nō solū apostolis, sed p̄phetis quoq̄ similiter accidisse. Vnde sæpius scriptū feratur: Factū est uerbū dñi ad Ezechiel, siue ad quēlibet aliū prophetarū: q̄a post expletū uaticiniū, rursum in semet reuertēs, homo cōmunis fieret e propheta: & excepto dño nostro iesu christo: in nullo sanctū spiritū remansisse. Qd̄ signū & Ioannes baptista acceperat: ut sup̄ quē uidisset spiritū sanctū descendentē & manentē in eo, ipsum esse cognosceret. Ex quo ostendit super multos quidē descendere spiritū sanctū: sed proprium hoc esse saluatoris

A saluatoris insigne: quia permaneat in eo. His & ceteris istiusmodi, uolunt aut epistolam non esse Pauli quae ad Philemonem scribitur: aut etiam si Pauli sit, nihil habere quod edificare nos possit: & a plerisque ueteribus repudiata: dum commendandi tantum scribatur officio, non docendi. At e contrario qui germanae authoritatis eam esse defendunt: dicunt nunquam in toto orbe a cunctis ecclesiis fuisse susceptam nisi Pauli apostoli crederetur: & hac lege ne secundum quid ad Timotheum & ad Galatas eos debere suscipere: de quibus & ipsi humanae imbecillitatis exempla protulerunt: Penulam quoque reliqui Troade, apud Carpum ueniens tecum affer: Et, utinam excidantur qui uos conturbant. In ueniri plurima & ad Romanos & ad ceteras ecclesias: maximeque ad Corinthios remissius & quotidiano pene sermone dictata: in quibus Apostolus loquatur: Ceteris autem ego dico non dominus: Quas & ipsas quia aliquid tale habeant: aut Pauli epistolas non putandas: aut si istae recipiuntur, recipiendam esse & ad Philemonem, ex prauiudicio similitudinum receptarum. Valde autem eos & simpliciter errare: si putent cibum emere, hospitium preparare, uestimenta conquirere, esse peccatum: & asserere a se refugari spiritum sanctum, si corpusculi paulisper necessitatibus seruiamus. Nolite, inquit Apostolus, contristare spiritum sanctum in quo signati estis in die redemptionis. Quibus operibus spiritus sanctus contristetur, propheta commemorat, multis in ordine uitiis peccatisque digestis: ad extremum inferens: In omnibus istis contristabas me. Alioqui calicem aquae frigidae porrigere, pedes lauare, immolare uitulum, prandium preparare, peccatum sit: cum sciamus ex his rebus in dei quosdam filios adoptari. Non est huius temporis ad omnia respondere: quia nec omnia quae illi proponere solent intulimus. Quod si non putant eorum esse parua, quorum & magna sunt: alterum mihi conditorum, iuxta Valentinum, Marcionem & Appellen, formicae, uermium, culicum, locustarum: alterum coeli, terrae, maris & angelorum debent introducere. An potius eiusdem potentiae est: ingenium quod in maioribus exercueris etiam in minoribus non negare. Et quoniam Marcionis fecimus mentionem, Pauli esse epistolam ad Philemonem, saltem Marcione authore doceantur. Qui cum ceteras epistolas eiusdem, uel non susceperit: uel quaedam in his mutauerit atque corroserit: in hac sola manus non est ausus mittere: quia sua illam breuitas defendebat. Sed mihi uidetur dum epistolam simplicitatis arguunt, suam imperitiā proderet: non intelligentes quid in singulis sermonibus uirtutis ac sapientiae lateat: quae orantibus uobis, & ipso nobis sancto spiritu suggerente: quo scripta sunt, suis locis explanare conabimur. Si autem breuitas habet contemptui: contemnatur Abdias, Nahum, Sophonias & alij duo decim prophetae: in quibus tam mira & tam grandia sunt quae feruntur: ut nescias utrum breuitatem sermonum in illis admirari debeas, an magnitudinem sensuum. Quod si intelligerent hi qui epistolam ad Philemonem repudiant: nunquam breuitatem despicerent: quae pro laciniosis legis oneribus, euangelico decore conscripta est: dum breuiatum consummatumque sermonem facit dominus super terram. Sed iam ipsa apostoli uerba ponenda sunt: quae ita incipiunt.

COMMENTARIORVM HIERONYMI
IN EPISTOLAM AD PHILEMONEM LIBER VNVS

Aulus uinctus iesu christi & Timotheus frater: Philemoni dilecto & coopatori nostro etc.



Præpo-
stero or-
dine atque
peruerso, in epistolas Pauli dictari a me uobis placuit. Nam cum id crebro O Paula & Eustochium petere/ tis ut facerem: & ego obnixè ne facerem recusare: saltè paruam & quae uobis ut numero uersuum, ita sensu quoque & ordine uidebatur extrema, ut differere con-
gissis. Rem itaque principij in fine tentabo: & quod alius in exordio statim apostoli quaereret: quare, aut quo tempore, uel quo cognominante e Saulo Pauli nomen acceperit: hoc ego nunc facere compellor: ne mihi quidem (ut dicis) ante hanc diem in eum facere ausus. Neque uero putandum est, ut a simplicioribus latinis legitur: saulum ante dictum esse, & non saul: quia & de tribu beniamin erat: in qua hoc no-

men familiarius habebatur. Siquidem & ille saul, rex iudeae, persecutor dauid, de tribu beniamin fuit. Quod autem saulus a nobis dicitur: non mirum est hebraea nomina ad similitudinem graecorum & Romanorum casuum declinari: ut sicut pro Ioseph Iosephus: pro Iacob Iacobus: ita pro Saul quoque

Saulus in nostra lingua ac sermone dicitur. Quæritur igitur, cur, aut quo iubente, uel antiquum nomen amiserit, uel nouum sumpserit. Ut ex abraham dicere, dei iussione perfectum est: ut ex sarai saræ uoca-



Aulus uinctus christi iesu & Timotheus frater, Philemoni dilecto & coopatori nostro: & Apphia sorori: & Archippo commilitoni nostro: & ecclesiae quae in

bulum fieret: æque dei imperium fuit. Et ut ad nouum instrumentum ueniam: ut simon, Petri nomen acciperet: & filij Zebedei בני זבדי beni reem: hoc est filij tonitruum uocarentur: domini nostri iesu christi uoce præceptum est. Quare autem e saulo Paulus dictus sit, nulla scriptura memorat. Audacter itaque faciam, sed forte uere, de actibus apostolorum suspitiones meas affirmans. Legimus in eis quod sanctus spiritus Antiochia dixerit: Separate mihi barnabam & saulum in opus ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes & orantes, imponentesque

Act. 13. 2

Commen. Hieronymi

E nentesque eis manus, dimiserunt illos. Qui cum Seleuciam syriæ descendissent: & nauigantes Salaminâ Cypri, quæ nunc Cōstantia dicitur, peruenissent: haberetque secum in ministerio Iohannē: propter quod postea edificatoriū ecclesiæ iurgium cōcitatum est: & omni insula peragrata, Paphū usque

uenissent: inuenerunt quendam magum pseudo prophetam nomine Bariesu cum proconsule Sergio Paulo uiro prudente. Qui accitis Barnaba & Saulo, desiderabat dei sermonem ab eis audire. Resistente itaque mago, & a fide recta: argum deprauidante, Saulus (ait scriptura) qui & Paulus, repletus spiritu sancto, intuens in eum dixit: O plene omni dolo, & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis iustitiæ, non desinis subuertere uias domini rectas? Et nunc ecce manus domini super te: & eris cæcus non uidens solem usque ad tempus. Confestimque cecidit in eum caligo & tenebræ: & circueiens quærebat, qui ei manus daret. Tunc proconsul cum uidisset factum, credidit, admirans super doctrinam domini. Et cum a Papho nauigassent Paulus, & qui cum eo erant, uenerunt Pergen Pamphylia. Diligenter attende, quod hic primus Pauli nomen accepit. Ut enim Scipio subiecta Aphrica, Aphricani sibi nomen assumpsit: & Metellus Creta insula subiugata, insigne Cretici suæ familiæ reportauit: & imperatores nunc usque romani ex subiectis gentibus, Adiabenici, Partici, Sarmatici nuncupantur: Ita & Saulus ad prædicationem gentium missus, a primo ecclesiæ spolio proconsule Sergio Paulo, uictoria suæ trophæa retulit: exiitque uexillum, ut Paulus diceret de Saulo. Si autem & interpretatio nominis quaeritur, Paulus in hebræo, mirabilem sonat: Reuera mirum ut post Saul, qui interpretatur, expectitus: eo quod ad uexandum ecclesiam, fuisset a diabolo postulat: de persecutore uas fieret electionis. Plus forte quam oportuit, sed necessarie disputatum est. Quod autem sequitur: uinctus Iesu christi: in nulla epistola hoc cognomine usus est: licet in corpore epistolarum, ad Ephesios uidelicet & Philippenses & Colossenses esse se in uinculis, per confessionem testetur. Maioris autem mihi uidetur supercilij: uinctum se Iesu christi dicere, quam apostolum. Gloriantur quippe apostoli, quod digni fuerant per nomen Iesu christi cōtumeliam pati. Sed necessaria autoritas uinculorum. Rogaturus per Onesimum, talis rogare debuit: qui possit impetrare quod posceret. Felix nimirum qui non in sapientia, non in diuitijs, non in eloquentia & potentia seculari, sed in christi passionibus gloriatur. Tali & ad Galatas epistolâ sermone cōcludens: De cætero (ait) nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata domini nostri Iesu christi in corpore meo porto. Non omnis autem qui uinctus est, uinctus est christi: sed quicumque per christi nomine & per eius confessionem uincitur, ille uere uinctus dicitur Iesu christi: & sanguis effusus est tantum martyrem facit, qui per christi nomine funditur. Scribit igitur ad Philemonem Romam uinctus in carcere: quo tempore mihi uidentur ad Philippenses, Colossenses, & Ephesios, epistolæ esse dictatæ. Ad Philippenses illa ex causa: primus, quod cum solo Timotheo scribit, quod in hac epistola facit. Dehinc quod uincula sua manifesta dicit facta pro christo in omni prætorio. Quid sit autem prætorium, in ipsius epistolæ fine significat. Salutant uos omnes sancti, maxime autem qui de Cæsaris domo sunt. A Cæsare missus in carcerem, notior familiæ eius factus, persecutoris domum, christi fecit ecclesiam. Deinde ait: Quidam autem ex cōtentione christum annunciant, non sincere, existimantes pressuram se suscitare uinculis meis. Porro & ad Colossenses principium simile: Paulus apostolus Iesu christi per uoluntatem dei, & Timotheus frater. Et in cōsequentijs: Cuius factus sum ego Paulus minister: qui nunc gaudeo in passionibus, per uobis, & adimpleo ea quæ desunt passionum christi in carne mea, per corpore ei, quod est ecclesia. Et in fine: Salutatio mea manu Pauli: memores estote uinculorum meorum. Hoc ideo, ut sciamus has quoque epistolas de carcere, & inter uincula fuisse dictatas. Illud autem, proprie habet ad Colossenses: quod

quæ in domo tua est. Gratia uobis & pax a deo patre nostro, & domino nostro Iesu Christo.

Gratias ago deo

idem Onesimus qui nunc Philemoni cōmendat, etiam perlator eiusdem sermonis fuit. Denique ait: Quæ circa me sunt, oia uobis nota faciet Tychicus charissimus frater & minister fidelis, & conseruus in domino: quæ misi ad uos, ad hoc ut cognoscat quæ circa uos sunt: & consoletur corda

uestra cum Onesimo charissimo, & fidelis fratre, qui est ex uobis. Si autem Philemon ad quæ hæc epistola scribitur, Onesimi dominus

est: imo frater esse coepit in domino: & ad Colossenses referre quod Onesimus ex eis sit: ratio nos ipsa & ordo deducit, quod & Philemon Colossensis sit: & eo tempore cōmunē ad omnem ecclesiam Onesimus epistolam tulerit: quod priuatas & sui cōmendatrices ad dominum literas sumpserrat. Est & aliud indicium, quod in hac eadem epistola & Archippo nominatur: cui hic cum Philemone scribit: Dicite (inquit) Archippo: uide ministerium quod accepisti a domino: ut illud impleas. Quod est ministerium quod Archippus accepit a domino? Ad Philemonem legimus: Et Archippo cōmilitoni nostro, & ecclesiæ quæ in domo tua est. Ex quo puto aut episcopum eum fuisse Colossensis ecclesiæ: cui admoneat studiose & diligenter præesse: Aut euangelij prædicatorē. Aut si ita non est, illud mihi in præsentiarum sufficit, quod & Philemon & Archippus & Onesimus ipse qui literas perferebat, fuerint Colossenses: & eodem tempore, quatuor (ut ante diximus) epistolæ scriptæ sunt. Ad Ephesios uero illam ob causam, quod pro christo & hic uinctum se esse dicat: & eadem quæ ad Colossenses iusserrat, in huius quoque epistolæ fine præcipiat: ut uxores subiciantur uiris: & uiri uxores diligant: ut filij obediant parentibus: ut patres non prouocent ad iracundiam filios suos: ut serui obediant dominis carnalibus: ut domini relictis minis, ea seruis quæ iusta sunt, præbeant: & ad extremum epistolam suam hoc fine cōcludat: Quid agam, notum uobis faciet Tychicus charissimus frater, & fidelis minister in domino: quem misi ad uos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa me sunt, & consoletur corda uestra. Tychicus autem is est, qui & ad Colossenses cum Onesimo mittitur: & eo tempore Onesimum habuit comitem: quo Onesimus ad Philemonem literas perferebat. Et Timotheus frater. In alijs epistolis Sostenes & Siluanus, interdum quæ uel eodem tempore, uel præsentem Timotheo ceterisque dictatæ sunt. Quod ego duplici ex causa factum puto: ut & epistola maiorē haberet autoritatē, quæ non ab uno scriberetur: & quia nulla amulatio erat inter apostolos: si quid forte Paulo dictante, alij spiritus suggessisset: absque ulla tristitia addebat Paulus in literis quas dictabat. Secundo id quod ipse Corinthijs præcepit: ut si alio prophetante, alij fuerit reuelatum: taceat ille qui prius prophetabat: Ita ipse quoque præceptum suum opere cōplebat: & propter pauca quæ alio addiderat suggerere, ut suam: ita alterius quoque epistolam præscribebat: Philemoni (inquit) dilecto. Non habet in græco *ἀγαπῶ*, quod dilectus dicitur: sed *ἀγαπῶν*, id est, diligibilis. Inter dilectum autem & diligibilem, hoc interest: quod dilectus appellari potest & ille qui dilectionem non meretur. Diligibilis uero is tantum qui merito diligitur. Denique & inimicos nostros diligere præcipimur: qui sunt dilecti, sed non diligibiles. Amamus quippe illos: non quia amari merentur, sed quia præcipit eos odio non habendos. Illud uero quod in quadragesimo quarto psalmi titulo prænotatur, pro dilecto: melius habet in græco, per diligibilem: qui locus manifestissime de christo intelligitur. Licet enim iudæi Iedidia, hoc est, amatum dei, Salomonem dici putent, quod ei a deo sit ob sapientiam nomen impositum: tamen amatus dei quis magis dici potest, nisi is de quo in euangelio pater loquitur: Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cōplacui, hunc audite. Denique & in Esaia ita scriptum habet: Cantabo dilecto canticum diligibilis uineæ meæ. Vinea facta est dilecto. Et hoc circumsisio de populo iudaico accipiendum putans, impegit in lapidem offensionis & petram scandali: non recogitans uineam quæ de ægypto translata est, esse domum israel: & christum

hic dicit

G

H

1. Co. 14.4

2. Regi. 13.

Esa. 54

A hic dici uel diligibilem, uel dilectum: dum & ipse diligere a sanctis, & sancti eum diligunt: offerentes ei magis charitatē, q̄ ulla charitatis prēmia postulant. Scribūt igitur Paulus & Timotheus Philemoni charissimo & cooperatori: qui ideo charissimus dictus est, q̄ in eodem Christi opere uerset.

Apphia quoq̄ sorori nō habenti in se falsā aliquid & fictā ger/manitatis: & Archip/po cōmilitoni: quem arbitror cū Paulo & Timotheo contra ad/uersarios pro Christi

Gratias ago deo meo semper, memoriam tui faciens in orationib⁹ meis: audiens charitatē tuam, & fidem quā habes in dño Iesu, & in omnes sanctos eius: ut cōmunicatio fidei tuæ euident fiat in agnitione omnis boni, qd̄ in nobis

nomine dimicantē extitisse uictorē: & p̄pterea nunc cōmilitonē dici, q̄ in eodem certamine belloq̄ superauerit. Scribit etiam ecclesiā, quā in domo eius est. Verum hoc ambiguum, utrū ecclesiā quā in domo Archippi sit: an ei quā in domo Philemonis. Sed mihi uidet non ad Archippi, sed ad Philemonis referendū esse personam: cui ipsa quoq̄ epistola deputat. Nam licet Paulus & Timotheus pariter scribant ad Philemonē, Apphiam, Archip/pum, & ecclesiā: tamē in sequētib⁹ approbat Paulum t̄modo ad Philemonē scribere: & unum cū uno sermōcinari. Gratias ago deo meo semper & memoriam tui faciens. Hunc autē morē scribendi in nōnullis epistolis ei⁹ inuenire poteris: q̄ cū plures & ad plures in prafatione ponant, postea per totū corpus epistolae, unus disputās inducat. Illud qd̄ ad Galatas scribens Apostolus ait: In christi fide nihil referre, gentilis sit aliquis, an iudeus: uir an mulier: seruus, an liber, etiā in hoc loco perspicuū fit. Inter duos quippe uiros & apostolicos, inter cōoperatorē Pauli, & cōmilitonē ei⁹, mediū Apphiae nomē inseritur: ut talis ex utroq̄ latere fulta comitatu, nō uideat ordinem sexus habere, sed meriti. Qd̄ autē ait: Gratia uobis & pax a deo patre nostro & domino Iesu christo, adhuc a duob⁹ ad plures scribit: & in omnib⁹ pene eplis æquale principium est: ut gratia eis & pacē a deo patre & christo dño imprecetur. Ex quo ostendit unam filiū patrisq̄ esse naturā: cum id potest filius praeferre qd̄ pater: & dicit id pater praeferre qd̄ filius. Gratia autē est, qua nullo merito nec opere saluamur. Pax, qua recōciliati deo per christum sumus: ut ibi: Obsecram⁹, p̄ christo, recōciliamini deo.

Gratias ago deo meo semper memoriam tui faciens in orationibus meis etc. Hæc iam nō ut Paulus & Timotheus, Philemoni & ceteris: sed ut solus Paulus, ad solum Philemonē loquit: Gratias, inquit, ago & memoriam tui faciens in orationib⁹ meis. Ambiguit⁹ dictum, utrum gratias agat deo suo semper, an memoriam eius faciat in orationibus suis semper. Et utrunq̄ intelligi potest. Qui em̄ præcipit alijs, ut in omnibus gratias agant deo, nullis angustijs poterit coartari: ut gratias semp deo ipse non referat. Si autē, p̄ sanctis & melioribus quibusq̄ Paulus semp orabat: Sanctus autē & Philemon est, tantā habens in se fidem & charitatē: ut non solum auditu ei, sed etiā opere nosceret: & pro Philemone semp orasse Paulum, credibile est: quo scilicet fides & charitas quam habebat in christo, & in omnes sanctos eius, per cōmunicationē fidei & operationem agnitionis in omni bono, Christi misericordia seruaretur: & de charitate quidem quā habebat in christo Iesu, & in omnes sanctos eius: nō difficilis interpretatio est, qua post deum diligere iubemur & proximos. Nunc hoc querit, quomodo eandem fidē in christo Iesu habere quis possit, & in sanctos eius: & ἡ κοινὴ em̄ resonat charitatē, quā habes in dño Iesu & in oēs sanctos ei⁹. Ad expositionē huius loci de Exodo sumamus exemplū: Credidit populus deo & Moyse seruo eius: Vna atq̄ eadem credulitas in Moysen refertur & in deum: ut populus qui credebatur in dñm, æque credidisse dicatur in seruum. Hoc autē non solum in Moysē, sed in omnibus sanctis eius est: ut quicunq̄ credidit deo, aliter eius fidem recipere non queat, nisi credat & in sanctos eius. Non est em̄ in deum perfecta dilectio & fides, quæ

in ministros eius odio & infidelitate tenuatur. Quod autem dico, tale est: Credit quispiam in conditorem deum: non potest credere, nisi prius crediderit de sanctis eius uera esse quæ scripta sunt: Adam a deo plasmatus: Euam ex costa illius & latere fabricatam: Enoch translatus: Noe

naufrago solum orbe seruatum: Quod primus Abraham de terra sua & cognatio/ ne iussus exire, circū/ cisionem quam in signum futurae prolis acceperat, posteris dereliquit: Quod Isaac

oblatu, uictima sit: & p̄ illo aries imolatus, coronatusq̄ sentibus, passionē domini deformarit: Quod Moyses & Aaron decem plagis ægyptū affligerint. Qd̄ ad uocem Iesu filij Naue precesq̄, steterit sol in Gabaon: & luna in ualle Ailon. Longum est diuersa iudicium gesta percurrere: & totam Samson fabulam, ad ueri solis (hoc quippe nomen eis sonat) trahere sacramentū. Ad Regum libros ueniam: qm̄ in tēpore messis obsecrante Samuele, pluuia de celo & flumina repente manarunt: & Dauid unctus in regē est: & Nathan & Gad prophetauerūt mysteria: cū Elias igneo raptus est curru: & Eliseus spiritu duplici, mortuus mortuum suscitauit. Hæc & cetera quæ de sanctis scripta sunt: nisi quis uniuersa crediderit, in deum sanctorū credere non ualebit: nec adduci ad fidem ueteris testamenti, nisi quæcunq̄ de patriarchis & prophetis & alijs insignibus uiris narrat historia cōprobarit: ut ex fide legis, ad fidem ueniat euāgelij: & iusticia dei in eo reueletur ex fide in fidē: sicut scriptū est: iustus autē ex fide uiuit. Præcipitur & in alio loco: Sancti estote, qm̄ ego sanctus sum, dicit dñs deus uester. Eadē sanctitas seruis debet & dño: & sanctificans quippe & sanctificati ex uno oēs. Nō putem⁹ leuē Philemonis prædicationē, si eandē fidē habeat in sanctos, q̄ & in deū. Qui credit deum sanctū esse, utiq̄ nō errat. Qd̄ si quis hominem qui sanctus nō est, sanctū esse crediderit: & dei eū iunxerit societati, Christū uiolat: cui⁹ corporis, oēs mēbra sum⁹. Qui dicit, inquit, iustū iniustū: & iniustū iustū, abominabilis uterq̄ apud deum est: similiter qui sanctū dicit esse nō sanctū: & rursum nō sanctū asserit sanctū, abominabilis apud deum est. Oēs credētes (scdm̄ Ap̄lum) christi corpus efficiunt.

Qui in christi corpore errat & labit: asserēs mēbrū ei⁹ uel sanctū esse, cū non sit: uel nō sanctū esse, cū sanctū sit: uide q̄li crimine obnoxius fiat. Vt ait Esaias: qui dicit dulce, amarū: & amarū, dulce: ponētēs tenebras lucē: & lucem, tenebras. Dulce puto esse sanctimoniam: amarū qd̄ sanctimoniam cōtrariū est: æque lux sanctimoniam intelligi potest, tenebræ contrariæ sanctitati. Quis putas e nobis probandis numismatibus, callidus trapezita, non errabit in discretionē sanctorū. Qui cum in deum uel in sanctos eius æqualē charitatē habuerit & fidem, ipsius fidei cōmunicationē debet habere non disparē: ut sicut credit & diligit, ita dilectionē suam & fidem opere cōsumat. Vnde ait: Euident fiat in agnitione omnis boni: siue ut in grāco melius habet, efficac: ἡ ἐργία em̄, p̄prie transferri potest, efficac siue operatrix: ut non solum fidem nobis & charitatem in deum & in sanctos eius sufficere posse credam⁹: sed id qd̄ credimus, opere cōpleat. Potest autē accidere: ut quis habeat fidem, & eam opere consumet: uerū simpliciter & nude, nō habens agnitionē, nec scientiam eius: iuxta illud Apostoli: Confiteor celum dei habet, sed non scdm̄ scientiā. Sunt hodie plariq̄ simpliciū, qui faciunt opera iusticiæ: & non habēt eorū quæ ipsi operant scientiam. Vnde addidit: Vt cōmunicatio fidei tuæ operatrix fiat in agnitione omnis boni. Quāto gradibus quantiscūq̄ salutib⁹, apostolicus in altiora sermo se tenet. Habet quispiam charitatē & fidem, in deum & in sanctos eius: sed forsitan non æquali eam in omnes lance cōmunicet. Communicet forsitan in cunctos, sed opere nō expleat: uoluntate impleat: aliquis & opere, sed gestorū suorum,

y 2 perfectam

C

Abacuk. 1.2
Leuit. 19.2

D

1. Cor. 6. d

Esa. 5. c

Roma. 10. a

Exo. 19. b

Commen. Hieronymi

E perfectam habere non potest notionem. Sic talis quocumque qui & opus habeat & scientiam: sed non omnis habet boni. Multa enim iuste, mansuete, studioseque perpetrās, impar est tuis in aliquā parte uirtutibus. An non talis Philemon? Habet quippe communicationē operatricis fidei & charitatis in agnitione omnis boni.

Quare cum in apostolis sit, non enim putem ob id tamen esse perfectam, si in illis sit: sed in eo totam esse, quia Christi est: ut quicquid boni & in Philemone laudatur, & de apostolorum exemplo sumitur: inde bonum sit: quia de fonte Christi ducatur.

¶ Gaudium enim magnum habuimus et consolationem in charitate tua: quia viscera sanctorum requieuerunt pro te frater. Plenius inculcat & edocet, quare dixit: gratias ago deo meo, semper memoriā tui faciens in orationibus meis. Dignum siquidem erat agere gratias deo super charitate Philemonis: qui internū cordis affectum, & profundos animi sanctorum recessus, suscipiendo refecerat. Et hoc idioma apostolicum est: ut semper viscera uocet, uolens plenam mentis ostendere charitatē. Vnde gaudens cum gaudentibus, & cum his qui requieuerant, refectum esse credens: habet laticiam non transitoriam & leuem: & quare fortuito possit accidere, sed magnā, & prout erat in Philemone charitas, eminet: quā augebat consolatio super Philemonis charitate descendens, plena a patre misericordiarum, & deo totius consolationis.

¶ Propter quod multā fiduciam habens in Christo Iesu, imperandi tibi quod prodest propter charitatē: magis obsecro, cum sis talis ut Paulus senex: nunc autem & uinctus Iesu Christi. Multis in Philemonē laudibus ante pramissis: cum res talis sit, pro qua rogaturus es: quare & praestanti sit utilis & roganti, poterat Paulus magis imperare, quam petere. Et hoc ex fiducia illa ueniebat, quod qui tanta ob Christum opera perpetrarat, utique impar sui in ceteris esse non poterat. Sed uult magis petere quam iubere, grandi petentis autoritate proposita: per quā & Apostolus obsecrat, & senex & uinctus Iesu Christi. Totum autem pro quo rogat, illud est: Onesimus seruus Philemonis, fuga furto cumulans quādam rei domesticæ compilarat: hic pergens ad Italiam, ne in proximo facilius posset apprehendi, per cuniam domini per luxuriam prodegerat. Hoc ne quis putet temere, & ut libet, a nobis fictum, in sequentibus discat: Nunquam enim Paulus diceret: Si quid nocuit tibi aut debet, hoc mihi imputa: Ego Paulus scripsi manu mea, ego reddam. Nec sponsor rei fieret ablata, nisi esset id quod ablatum fuerat dissipatum. Hic igitur cum ob confessionem Christi, Paulus Romæ esset in carcere, credidit in Christum: & ab eo baptizatus, digna poenitentia, maculas uitæ prioris absterxit: intantum ut is apostolus conuersionis eius testis fieret: qui quondam Petrum increpauerat, non recto pede in euangelij ueritate gradientē. Quantum igitur ad peccatum & ad facinus pertinet, quo dominum laeserat, ueniam non meretur: quantum uero ad Apostoli testimonium, qui scit eum plene esse conuersum, grandi pondere premitur qui rogatur: ut qui e seruo fugituo atque raptore, minister apostoli factus erat. Quod autem aliud habebat apostolus ministerium, nisi euangelij Christi Iesu: iam non quasi a domino, sed quasi a conseruo, & eo euangelista, ignosceretur ei: qui seruus esset Christi similiter & minister.

¶ Obsecro te de meo filio quē genui in uinculis Onesimo: qui tibi aliquando inutilis fuit: nunc autem & mihi & tibi utilis est: quē remisi tibi etc. Volens impetrare

in uobis est in Christo. Gaudium enim magnum habuimus & consolationem in charitate tua, quia viscera sanctorum requieuerunt per te frater. Propter quod multā fiduciam habens in Christo Iesu, imperandi tibi quod prodest propter charitatē: magis obsecro, cum sis talis ut Paulus senex: nunc autem & uinctus Iesu Christi. Obsecro te de meo filio quē genui in uinculis Onesimo: qui tibi aliquando inutilis fuit: nunc autem & tibi & mihi utilis est, quē remisi tibi. Tu autem illū, id est, mea viscera suscipe: quē ego uolueram tecum detinere: ut per te mihi ministraret in uinculis euangelij. Sine consilio autem tuo nihil uolui facere: ut non quasi ex necessitate bonum tuum esset, sed uoluntariū.

Forsthan enim

quod postulat: iam non pro seruo Philemonis, sed pro filio suo se asserit deprecari: & illo filio quem genuerit in uinculis euangelij, hoc est, quare per Christi euangelio sustinebat: qui cum ante inutilis domino suo tantum fuerit: nec enim seruus fur atque fugitiuus alteri nocuit, nisi domino

suo: nunc e contrario utilitatis compensatio, ne, qua ipsi domino & Paulo utilis est: carterisque per Paulū, plus charitatis meretur, quam odij ante meruerat. Vnde ait: Qui tibi aliquando inutilis fuit. Tibi, inquit, soli, non ceteris: nunc autem & mihi & tibi utilis. Utilis domino in eo: quia posset & Paulo seruire pro domino suo. Paulo uero in eo utilis: quia illo in carcere in uinculisque detento, posset ei in euangelio ministrare. Simul autem admirandum de magnanimitate apostoli & in Christum mente feruentis. Teneat in carcere: uinculis stringat: squalore corporis, charorum separatione, poenalibus tenebris coartat: & non sentit iniuriam: non dolore cruciat: nihil nouit aliud, nisi de Christi euangelio cogitare. Sciebat seruū: sciebat fugitiuū: sciebat aliquando raptorē ad Christi fidem esse conuersum. Grandis laboris est talem hominē in eo perseverare quod coepit. Idcirco filiū suū & filiū uinculorum & ministrū euangelij in uinculis constituti, inculcat ac replicat: ut Philemon ille prudenter & dispensatorie tantum in praefatione laudatus: non auderet negare, ne suis laudibus uideretur indignus. Quod autem ait: Tu autem illū, id est, mea viscera suscipe: hoc est, quod paulo ante dixi: viscera significare internū cordis affectū, & plenā ex animo uoluntatē: cum totū quicquid in nobis est, suscipiat a rogato: Alias autem omnes liberi, viscera sunt parentū.

¶ Sine consilio autem tuo nihil uolui facere: ut non quasi ex necessitate bonum tuum esset: sed uoluntariū. Hoc quod a plerisque queritur, & sepius retrahitur: quare deus hominē faciens, non eum bonū rectūque condiderit: de praesenti loco solui potest. Si enim deus uoluntarie & non ex necessitate bonus est, debuit hominē faciēs, ad suā imaginē & similitudinē facere: hoc est, ut ipse uoluntarie & non ex necessitate bonus esset. Qui autem asserit ita eum debuisse fieri, ut malū recipe non posset: hoc dicūt: talis debuit fieri qui necessitate bonus esset, & non uoluntate. Quod si talis fuisset effectus: qui bonū non uoluntate, sed necessitate perficeretur: non esset deo filius: qui ideo bonus est: quia uult, non quia cogit. Ex quo manifestū est rem eos inter se postulare contrariā. Nam ex eo quod dicunt, debuit homo deo filius fieri: illud petunt, ut liberi fieret arbitrij, sicut deus ipse est. Ex eo autem quod inferunt: talis debuit fieri, qui malū recipere non posset: dū necessitatē ei boni important: illud uolunt, ut homo deo filius non fieret. Potuit itaque & apostolus Paulus absque uoluntate Philemonis, Onesimum sibi in ministeriū retinere. Sed si hoc sine uoluntate Philemonis fecisset: bonum quidem erat, sed non uoluntariū: Quod autem non erat uoluntariū, alio genere arguebatur non esse bonū. Nihil quippe bonū dici potest, nisi quod ultroneum est. Ex quo apostoli consideranda prudentia est: Qui idcirco fugitiuū seruū remittit ad dominū: ut profit domino suo: qui prodesse non poterat, si domino teneretur absente. Superior ergo quaestio ita soluitur: Potuit deus hominē sine uoluntate eius facere bonum. Porro si hoc fecisset: non erat bonū uoluntariū, sed necessitatis: Quod autem necessitate bonū est, non est bonū: & alio genere malum arguitur. Igitur proprio arbitrio nos relinquens, magis ad suam imaginē & similitudinē fecit. Similem autem deo esse absolute, bonum est.

Forsthan enim

A **C** Forsitan enim ideo discessit ad horam a te: ut eternū illū reciperes. Nonnunquā malum occasio fit bonorū: & hōminum praua consilia, deus uertit ad rectum. Quid dico manifestū exēplo fiet. Ioseph fratres, sui celi stimulis incitati, Ismaelitis uiginti aureis uēdiderūt. Hoc initium & patri & fratribus & omni aegypti pro bonorum omnium fuit. Denique ipse postea ad fratres: Vos inquit cogitastis de me mala: & deus cogitauit de me bona. Simile quid & in Onesimo possumus intelligere, quod mala principia, occasiones fuerit rei bonae. Si enim dū nō fugisset, nunquā uenisset Roma ubi erat Paulus uinctus in carcere. Si Paulū in uinculis nō uidisset, nō recepiisset fidem in christum. Si christi non habuisset fidem: nunquā Pauli effectus filius, in opus euangelij mitteretur. Ex quo paulatim & per gradus suos recipiunt te sententia, ideo minister euangelij est factus Onesimus: quia fugit a domino. Pulchre autem addens, forsitan, sententiam temperauit. Occulta sunt quippe iudicia dei: & temerarium est quasi de certo pronunciare quod dubium est. Forsitan inquit ideo discessit: caute, timide, trepidanter & nō totū fixo gradu: ut si non posuisset forsitan, omnibus seruis fugiendum esset ut apostolici fierent. Quod autem ad horam iunxit: horam pro tempore debemus accipere. Ad comparationem enim aternitatis, omne tempus breue est. Ut eternū illum reciperes. Nullus aternus dominus serui sui: potestas quippe eius & utriusque conditio, morte finitur. Onesimus uero qui ex fide christi factus aternus est: aeterno Philemoni, quia in christum & ipse crediderat, spiritu libertatis accepto, iam nō seruus sed frater coepit esse de seruo, frater charissimus, frater aeternus: aeterno & ipsi apostolo domino suo: cui Onesimū ut carnis ante conditio: ita postea spūs copulabat. Et tūc quidē quā erat ei subiectus in carne, nō erat ei iunctus in domino: nūc autē ei & in carne iunctus ē & in domino. Ex quo intelligimur seruū qui crediderit christo, duplici domino suo lege constringi, ut ei & carnis necessitate iungatur ad tempus: & in aeternū spūs copuletur.

B **C** Si ergo habes me socium, suscipe illum sicut me. Philemon Paulū sociū habere cupiebat: & in christū credēs, tales utique uolebat habere perfectus, ut Paulo similis fieret & ei communicaret in uinculis. Consyderemus ergo quantum hic laudetur Onesimus: quantum profecisse dicatur: cum ita recipiendus sit ut Apollus: & sic eius dñs ut Pauli debeat desyderare confortiū. Breuiter quod dicit tale est. Si me uis habere cōsortē, habeto & Onesimū: quē ego confortē & filium meum & uiscera mea habeo: quē si non susceperis, nec habere uolueris: & ipse intelligis quod me habere non possis.

C Si autē aliquid nocuit tibi aut debet: hoc mihi imputa. Imitator domini sui & christum in se loquentem habens, ea iuxta uires suas debet facere quae christus. Si enim ille infirmitates nostras portauit & plagas nostras doluit: iuste Apostolus pro Onesimo se opponit, & spondet quā ille debebat. Ut autem supra diximus totū illud est, quod ablatum furto & per luxuriam perditum, non poterat absolui: quod Philemon grandi precio pensabat: dum pro seruo fugitiuo & pecunia perditā, & fratrē charissimum, & fratrem reciperet aeternum: & per eum sibi Apostolum faceret debitorem.

D **E**go paulus scripsi manu mea: Ego reddam: ut non dicam tibi quia & ipsum te mihi debes. Quod dicit tale est: Quod Onesimus furto rapuit: ego me spondeo redditurum: cuius sponsionis, epistola haec & manus testis est propria: quā non solito

more dictaui, sed mea manu ipse conscripsi. Crede igitur mihi pro Onesimo pollicenti. Hoc autem dico quasi ad extraneum loquens. Caterum si ad ius meum redeam: propter sermonem christi: quem tibi euangelizauit & christianus effectus es: te ipsum mihi debes. Quod si tu meus

es, & tua omnia mea sunt, Onesimus quorū qui tuus est, meus est. Poteram igitur eo uti ut meo: sed uoluntati tuae relinquo ut mercedem habeas ignoscendo.

Era frater ego te fruam in domino. Pro prietatem gratiam latius sermo non explicat. Quod enim ait *ποιῶ δ' ἑλπεῖμαι* quod dam quasi aduerbiū blandientis est. Nos autem interpretātes, ita frater, aequius & dilutius nescio quid

magis aliud quod id quod est scriptū sonamus. Sicut enim *ἡ ἀνα* illud hebraicū, pro quo frequenter Lxx. Interpretes transulerunt in lingua sua significat deprecantis affectum: unde nonnunquā Symmachus pro *ἀνα δ' ἐλπεῖμαι* hoc est obsecro transtulit: Ita & nos eandem in graca lingua uim patimur: quam graeci sustinent in hebraea. Quod autem ait: Ego te fruam in domino: aliud multo intelligitur quod putatur. Apostolus non fruatur nisi eo qui multas in se habet concinnētesque uirtutes. Et totum quod christi dicitur pro uarietate causarum: sapientiam uidelicet: iusticiam, continentiam, mansuetudinem, temperantiam, castitatem: has imprecatur Philemoni: ut cum his abundauerit, ipse eo perfruens impleatur. Et ne putes illā frui-tionē dici qua nos saepe nostri inter nos praesentia delectamur: addidit, in domino: ut ex eo quod domini nomen adiunctū est, intelligeretur & alia esse frui-tio: qua quis absque domino perfruatur.

F Refice uiscera mea in christo. Sicut ipse frui uult Philemonem in domino: ita uiscera sua Onesimum: quem & superius eodem nomine appellauit, refici uult per Philemonem. Et ambigue dictum: utrum uiscera Pauli in christo Onesimus sit: an uiscera Pauli Onesimus per Philemonem in christo reficienda sint. Si superius accipere uolueris: recte Pauli in christo uiscera dicentur Onesimus: quem in uinculis christo genuit. Si posterius: in christo reficiendus est Onesimus a Philemone, dum eius in christo sermonibus eruditur.

G Confidens de obedientia tua scripsi tibi: sciens quoniam super id quod dico facies. Qui praesumit de eo quod rogatus est: ipsa quodammodo praesumptione prauidet ne ei negare liceat quod rogatur. Porro si scit ille qui postulat plusquam rogauit rogatum esse facturum: ideo minora petit, ut habeat rogatus uoluntariam & maiorem praestationem mercedem. Si autem Philemon haec ad hominis praecipuum facit: quanto magis faciet ob dilectionem dei. Unde merito Apostoli uoce laudatur: quod mandata eius opere praeruat, & possit dicere: Voluntaria oris mei complacent tibi domine: plusquam faciens quod praecipuum est, uincat eos qui tantummodo imperata fecerunt, & iubentur dicere: Serui inutiles sumus: quod debuimus facere fecimus. Virginitas quoque propterea maior praemio coronatur: quia praecipuum domini non habet: & ultra imperata se tendit.

H Simul autem & pro para mihi hospitium. Non puto tam diuitem fuisse Apostolum & tantis sarcinis occupatum: ut de praeparando ageret hospitio: & nō una contentus cellula, breue corporis sui spaciū, aedes amplissimas existimaret: Sed ut dū ei spectat Philemonem ad se esse uenturum: magis faciat quod rogatus est. Si autem hoc non dispensatorie, sed

y 3 uere

Euere quis existimat imperatū: ut sibi hospiciū praparet: apostolo magis q̄ Paulo hospiciū prapandū est. Ven-
turus ad nouam ciuitatem, pradicaturus crucifixum: &
inaudita dogmata delaturus, sciebat ad se plurimos con-
cursuros: & necesse erat, primū, ut domus in celebri esset
urbis loco ad quā fa-
cile cōueniret. Dein/
de ut ab omni iportu-
nitate, uacua, ut am-
pla, quā plurimos ca-
peret audiētū, ne pxi-
ma spectaculoꝝ locis
nē turpi uicinia dete-
stabilis: postremo ut
in plano poti⁹ esset li-
ta q̄ in coenac⁹. Quā ob causā eū existimo etiā romā in
cōducto māsisse biēnio. Nec parua, ut reor erat māsio, ad
quā iudaeoz turbā q̄tidie cōfluebāt. **a** **Spero enim p**
oratiōes uestras donari me uobis. Filiū patri, deus rogatus
indulget: & frater saepe fratris oratione seruat. Ap̄lus autē
totius ecclesiā precibus conceditur, ob eorū qui eū audi-
turi sunt utilitatē. Et hoc donum, non tam in eum dicitur
esse qui differt a martyrio ad martyriū praparus: q̄ in
eos ad quos apostolus mittitur. Qd̄ autem crebro Pau-
lus in carcere fuerit: & de uinculis liberatus sit ipse in alia
loco dicit: In carceribus frequēter: de quibus nonnūq̄
domini auxilio, crebro ipsis persecutoribus nihil dignū
in eo morte inueniētibz dimittebatur. Necdum em̄ su-
per nomine christiano senatusconsulta processerāt: nec
dū christianū sanguinē Neronis gladius dedicarat. Sed
pro nouitate pradicatiōis: siue a iudais inuidētibus, siue
ab his qui sua uidebant idola destrui: ad furorem popu-
lis concitatis, missi in carcerem, rursū impetu & furore
deposito laxabantur. Et hoc ita esse ut dicimus, apostolo-
rum acta testantur: in quibus & Felix loquit̄ ad Agrip-
pam: potuisse dimitti Paulū, si non appellasset Cāsarem.
Et quia nullā inuenit causam prater quāstiones quā-
dam de religione propria: & de quodā iesu quem Paulus
uiuere pradicabat. Ex quo aniaduertimus, & a ceteris iu-
dicibus similiter eos potuisse dimitti: id agere domino ut
in toto orbe noua pradicatio disseminaretur. **b** **Salu-**
tat te Epaphras concaptiuus meus in christo iesu: Bar-
cus, Aristarchus, Demas, Lucas cooperatores mei. Id qd̄
in principio dicebamus, quoniā ad Colossēses epistola
eodem in tempore, & per eundē esset scripta baiulum lite-
rarum, quo ad Philemonem quoq̄ scriptum est: etiam
eorum qui salutantes inducuntur nomina docent. Nam
& in ipsa ita scribit: Salutat uos Aristarchus cōcaptiuus
meus: & Marcus cōsobrinus barnabae: & Epaphras qui
est ex uobis seruus christi. Et paulo inferius: Salutat uos
Lucas medic⁹ charissim⁹, & Demas: & dicite Archippo:
uide ministeriū qd̄ accepisti in domino, ut illud impleas:
& memores estote uinculorum meorum. Si autem ex eo
aliquis nō putat pariter scriptas, qd̄ ad Colossēses pau-
ca sint nomina quā hic non ferantur ascripta: sciat non
omnes omnibus aut amicos esse aut notos: & aliud esse
priuatā ad unū hominē: aliud publicā ad uniuersam ec-
clesiam epistolā fieri. Salutat te inquit epaphras cōcapti-
uus meus in christo iesu. Quis sit Epaphras cōcaptiu⁹
Pauli, talem fabulam accepimus. Aiunt parentes aposto-
li Pauli de gyscalis regione fuisse iudae: & eos cum tota
prouintia, Romana uastaretur manu: & dispergerentur
in orbe iudai, in tharsum urbem ciliciā fuisse translatos:
parentū conditionē adolescentulū Paulū secutū. Et sic
posse stare illud qd̄ de se ipse testatur: Hebraei sunt & ego:
Israelitae sunt & ego: semen Abrahā sunt & ego. Et rur-
sum alibi. Hebraeus ex hebraeis: & cetera quā illum iu-
dæum magis indicant q̄ tharsensem. Qd̄ si ita est, possu-
mus & Epaphram illo tempore captū suspicari, quo ca-
ptus est Paulus: & cum parentibus suis in Colossis urbe
Asia collocatū, christi postea recepisse sermonē. Vnde ad
Colossēses ut supra diximus scribitur: Salutat uos epa-

phras qui, est ex uobis, seruus christi semper sollicitus
p uobis in oratiōibus. Hoc si se ita habeat, & Aristarchus
qui concaptiuus eius in eadem epistola dicitur: ad ean-
dem intelligentiam deducetur: nisi forte reconditum ali-
quid & sacratū ut quidam putant in uerbo captiuitatis

ostendit: qd̄ capti pa-
riter & uincti, in ual-
lē hanc adducti sint
lachrymarum. Qd̄ si
neutrū recipi, ex eo
qd̄ hic additū est in
christo iesu: possum⁹
suspiciari eadem eum
Romā p̄ christo uin-
cula sustinuisse quā

Paulum: & ut uinctū christi, ita captiuum quoq̄ ei⁹ po-
tuisse dici. Aut certe ita, qd̄ nobilis & ipse sit in apostolis,
ut Andronicus & Iulia, de quibus ad Romanos scribi-
tur: Salutate Andronicum & Iuliam cognatos & con-
captiuos meos, qui sunt nobiles in apostolis, qui & an-
te me fuerunt in christo iesu. Hec de Epaphra. Ceterum
cooperatores euangelij & uinculorum suorum, cum ad
Philemonem epistolam scriberet, Marcū ponit: quē puo
euangelij conditorem: & Aristarchum cuius supra feci-
mus mentionem: & Demam de quo in alio loco queri-
tur: Demas me dereliquit diligens præsens saculum: &
abijt Thessalonicam. Et Lucas medicum, qui euangelij
& actus apostolorum ecclesijs derelinquens: quomodo
apostoli de piscatoribus piscium, piscatores hominum
facti sunt: Ita de medico corporum, in medicum est uer-
sus animarū: de quo & in alio loco: Misi inquit cum illo
fratrem: cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias:
cuius liber quotiēscūq̄ legitur in ecclesijs: toties eius me-
dicina non cessat. **c** **Gratia domini nostri iesu christi**
cum spiritu uestro. Sicut a meliore parte hominis capite
numeratur populus israel: dicente scriptura, scdm̄ capi-
ta eorum: ita in toto quidē homine & in omni parte san-
ctorum: gratia est dñi iesu christi. Sed a maiori & meliori
parte: id est spū, per synecdochen, de toto homine dici.
Gratia dñi nostri iesu christi cū spiritu uestro. Cum autē
in spiritu gratia fuerit: totum facit hominem spiritualem:
ut & caro spiritui seruiat: & anima non uincat a carne: &
redacta simul in substantiam spiritualem adhæreant do-
mino: quia qui adhæret domino, unus spiritus est. Inter-
pretatur autem scdm̄ iudaeos Paulus, admirabilis. Timo-
theus, beneficus. Philemon, mire donatus, siue os panis:
ab ore, non ab osse. Apphia, continēs aut libertas. Archi-
pus, longitudo operis. Onesimus, respōdens. Epaphras,
frugifer & uidens siue succrescens, Marcus, sublimis mā-
dato. Aristarchus, mons operis amplioris. Demas, silens.
Lucas, ipse cōsurgens. Quā si nomina iuxta interpreta-
tionem suam uolueritis intelligere, non est difficile, ad-
mirabilem atq̄ beneficū prapue ad eum scribere,
cui uniuersa concessa sint uitia: & os eius pateat ad cōle-
stem panem. Deinde ad continentē & liberam & ad lon-
gitudinem operis: qd̄ nūq̄ a sancto labore desistat.
Scribere autē pro eo qui respondeat testimonio suo, nec
non ei cui specialiter epistola dedicatur: salutari ab uber-
tate crescente: Et eum qui factus sit per mandata subli-
mior: illoq̄ qui per maiora opera in montem usq̄ succe-
uerit: ab eo quoq̄ qui posuit custodiā ori suo, & ostium
munitum labijs suis: qui idcirco forsitan siluit: quia ad
modicū Apostolū dereliquerat: Et ad extremū ab eo qd̄
se ipse cōsurgēs quotidie augeatur: processusq̄ habeat:
dum eius euangelio orbis impletur: & toties crescit, quo-
tiens auditus & lectus edificat.

COMMENTARIORVM HIERONY-
MI IN EPISTOLAM AD
PHILEMONEM
FINIS.

2. Co. 11. c

Act. 25. d

F

2. Cor. 11. c
Phil. 3. a

G

2. Cor. 8. e

H

per legem
ad ex
condemna
o capite
qz caput
linat in
adductu
narum. Q
recipit a
addit et
dicitur p
ri cadit
pdrat
signat
quocq
in ap
manus
gnas d
olis qu
tra. Ca
rum, am
one qu
us iup
io bon
s facit
qui eu
ens qu
res bon
lucum
quit can
mnes oc
tores oc
ntri l
omnis
ara. I
mru p
aion d
homine
tro. Cam
m sp
icat a
adhar
ritus d
aurabil
sue op
peras. Ac
ns. Ep
sublim
Demas
ta inter
at diffi
eum kn
atear ad
am d
bore del
onio suo
utari ab
ndata
m ulq
uo, d
uit: qu
mū ad
falsq
s credis

E sunt. u.
cui reu.
corpu.
corpu.
bus ap.
mus ac.
uibal.
& inter.

CO

E mutatio
can. ut el.
noe nou.
S. Sara.
Alter.
alioru.
in uener.
flamenco.
hi & Pe.
rum, g.
moro m.
ta sunt.
Paulus.
cons no.
mutant.
id est ch.
pe. exem.
humili.
quali im.
examinu.
mam ser.
dians of.
ut: & hi.
lani. hec.
dicit: Vie.
C. Doc.
ut esset ap.
gratia: sed.
mora. N.
a christo.
gentium.
lanti. p.
mutant.
opus ad.
lanti doc.
pallionis.
que p.
aliu. p.
filiu. p.
iplos affe.
que de ci.
manicha.
& p. prop.
filiu. ca.